gnoscentiae stringens non completa cum plena ciuitatis existens memoratus Recognoscens Magnificus Capitaneus Sanocensis Comparens ad instantiam suprascripti Generosi Thomae Socha suae eius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exturus recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino Tanquam peremptorio, stare, Juri parere, respondere, vadium contractum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit, et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causas eiusdem Terminos semper peremptorias, vera infirmitate pro maiori Minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad euictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ac quietationem contrarea ultra primos et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel explicatis euasionibus seu suspensionibus, fatalijs Juris praescriptione, Terrestri, bello Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis Juris, non subterfugiendo nec modo aliquovis euadendo Itae sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kulczycki Kołczak Kulczyckim Poliwkom Donat.

Coram

9284 Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus personaliter Comparens Nobilis Wasko Kulczycki Kotczaki Sanus mente et Corpore existens, à Jurisdictionibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc aeternaliter se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria vulgo grunt pola zaroslewie

308 w Dyglowskiey Cześci na Berezowie quae et quanta eadem bona seu agri se recognoscentem Legitime Concernunt in bonis villae Kulczyce Terra et Districtu Premysliensi Consistens, Cum omni praemissorum Jure dominio, proprietate haereditate titulo haereditario Cum omnibus et singulis Bonorum sortium praefatarum Utilitatibus fructibus, Proventibus Redditibus, Commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis Nihil ex praemissis bonis Juris Dominii proprietatis, haereditatis, ac cujusvis Competentiae, et praerogativae, pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late longe Circumferentia liberque prout sortium memoratarum Bona se in suis metis, et limitibus se ab antiquo extendunt, et protendunt, et prout eadem sortium praefatarum Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, Tak ex nunc et defacto Nobilibus Jaco et Michaylo Kulczycki cum Nobilis Wasko Kulczycki Lawka filiis eorumque posteris, dedit donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, donat, ac titulo puro mero ac irrevocabilis Conditionis inscribit, et resignat per petrio et in eum irrevocabiliterque

irrevocabiliterq. In quid quidem bona sortium memoratarum præscri-
bus donata iam genuine et de facto idem Recognoscens su-
prascriptis Donatarijs suis et eorum posteris, Coram Officio
præsenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem
pacificamq. possessionem per Arteram quemcunq. Competentem et
Nobiles duos die quacunq. voluerint Officiose acceptandam, Per
ipsos Donatarios suos et eorum successores hæc eadem bona supra-
scripta sortium præfatarum præmissaq. omnia præsentibus per se Recogno-
scentem donata Cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus,
Competentiaq. et prærogativa quavis, tenendi, habendi, et possi-
dendi, illisq. quiete et pacifice Uti fruendi ac ad suos suorumq.
successorum quosuis bene placitos Usus Fructus libere et effectu-
aliter Convertendi modo ac iure hæreditario Debebit et tene-
bit memoratus Recognoscens prout se ac suos successores super
bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pe-
cuniarijs habitis, et habendis præfatis donatarijs suis in sentit
et obligat præsentibus ipsos ac eius successores in dictis
bonis sortium præfatarum præsentibus donatis et ratione earundem
omnium præsentibus resignatis ab omni et quavis impetitione, turba-
ca quarumcunq. personarum Cuiuscunq. Conditionis status et sexus
Cuiusuis existentium exonerandam in omni Iudicio et Officio
Regni semper toties quoties opus fuerit, per omnes præscriptiones
Terrestres prout ad quamlibet personam terrestris spectat et
pertinet præscriptio, tueri defendere, evincere, intercedere et libera-
re indemnesq. cum posteris reddere, nec non hæc eadem bona
præmissaq. omnia præsentibus donata ab omnibus in genere Iuribus et Inter-

228b Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa Bona totius

praefatarum donatis modo quovis Cuicunque donandi factis et faciendis,

tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia

praesentibus resignata importatis et importandis Lucris damnisque et pluris

Processibusque Juris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependen-

tibus, et in quovis Judicio et officio Regni obtentis, et obtinendis ac

super praemissis omnibus praesentibus resignatis, modo quocunque productis et

perducendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper fa-

cere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admis-

sam in fundo Bonorum praefatorum per praesentem et Alios duos

Officiales requiret non denegare, imo debebit et tenebit eandem

libere dare, et effectualiter admittere, datamque et admissam

eadem, Possessionem et usum fructum praemissorum omnium

quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et

subordinatas personas non impedire nec adimere, Ipsosque donatarios

suos et eorum successores in praemissis omnibus praesentibus donatis

nullo modo inquietari ita ut eadem bona praesentibus donata Cum uni-

versis eorum Utilitatibus, et usufructibus ipsi eorum Donatarii sui ac

suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationalis vigore

tenere, habere, et possidere queant, Illisque quiete et pacifice uti

frui possint, promisit irrevocabiliter, Idque sub damnis Terrestribus simpli-

citer absque Corporali Juramento taxandis, et dicendis per prae-

fatum Recognoscentem sive illius successores supra scriptis Nobilibus

Iacobo et Michaylo Kuleczychim Polinskim Donatariis suis eorumque

posteris ob non Complectionem praemissorum omnium et singulorum tam

in toto quam in parte toties quoties opus fuerit absolvens succubito.

Proquibus

Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iu- 2287
ramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbit. Acre
aliqua principali ex praemissis non completa Complerece Citatus
expensis Memoratus Recognoscens Nobilis Wasilio Kulczycki
Kotczak sive ipsius Successores Ad instantiam praenominatorum
Nobilium Iaco et Michaylo Kulczyckich Donatoriorum suorum
sive Illorum successorum Ad Officium praesens Castrense Capitane-
ale Praemisliense extunc recessu suprascripto quo ad res-
pondendum spectat semper in primo Citationis Termino tan-
quam peremptorio stare, suum parere, respondere damna praeclacta Ter-
restria luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac etiam omne
iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores
ad eadem omnia Inscribit et obligat praesentibus illum Terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes quin
sed eius Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro-
Maiori Minorennitate successorum, legatione intra vel extra
Regnum servitio Militari ad munimenta, ad evictorem,
vel alys dilationibus et legalibus impedimentis non diffe-
rendo ad quietationem praeterea Ultra primos et proximos Officii
praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos di-
lationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes,
ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis sim-
plicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris pro-
scriptione, Terrestri bello Conventioneque ac alys omnibus Iuris
remedys et defensis Iuris, non subterfugiendo nec modo alio
quovis evadendo. Hac sua praesenti facti recognitione ad praemissa mediante

Idem Pasko Sartori Obligat